



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXIII.**

23. Septembris. 9. Cal. Octobr.


**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

## 262 ANNI CISTERCIENS.

umbra virtutem in publicam lucem producit: Nam & pii in te spectabant clarissimum pietatis exemplum: egeni afflictique asylum; Cœnobitæ largissimum suæ paupertatis patronum. Ubique datur valenti virtutis occasio: sed maximè in Cœnobitica solitudine, ubi à mundi strepitu sequestrati, in solam animæ culturam invigilamus. Tu fac, ut agam, quod mihi suadet.

S. BERNARDUS, s. 2. Dom. i. p. Ep.

**P**opulū Tu ergo audi filia, & vide, & considera, quanta sit erga te dignatio Dei oblitus tui; & obliviscere populum tuum, & qui car. domum patris tui: desere carnales nales affectus, & seculares mores dedise; deserit. à prioribus vitijs abstine, consuetudines noxias obliviscere.



23. Septembris. 9. Cal. Octobr.

**P**assi BEATI Martyres SILESI, Monachi anno Cœnobiorum Cellæ Novæ; & Grun- 1427. heim: quos detestabilis illius Viperæ Hussii Neroniana genimina sævissi- mis tormentis, quasi quibusdam ma- chinis ad cœlestem triumphum pro- vexere. In hoc vitæ mortalis curriculo; dem est vivere, & luctari, sed nulla peri- culosior est

XXIII. SEPTEMBER. 263

culosior est pugna, quam postrema: in  
hac vos palmati athletæ mihi assistite.

B. GUIDO Abbas Cari Loci: qui floruit  
per consuetam ad cœlos viam, ærum-<sup>anno</sup>  
nis nempe & crucibus stratam prope- 1133.  
râsti. Quidam enim Præpositus, ini-  
micus Crucis Christi (ut cum BERNARDUS vocat) impudenti rapi-  
na in Cænobium tuum involans, te  
multis annis exulare coëgit. Solatum  
unicum inter has afflictiones tuas erat  
Mellifluus Parens, qui te Innocentio  
Pontifici per insignia præconia \* com- \* Epist.  
mendavit, quem etiam non frustra ad 198.  
ferendam tibi opem imploraverat.  
*Non est dignus bravio, qui detrectat illam  
arenam percurrere, quam nabis proposuit  
Deus. Pati neesse est, aut perire.*


B. OTTO, Converse Villariensis, Floruit  
sanctissimæ filiæ Ivetæ parens: quæ de anno  
salute tua anxiam gerens curam; im- 1211.  
petravit à D[omi]no, ut opes, qui-  
bus te nimis constrictum dolebat con-  
temneres. Illius deinde monitis instru-  
Filia ei  
convers.  
sus peregrinationum pio labore te ex-  
ercuisti: quarum meta Villarium fuit,  
ubi assumpto Cisterciensi habitu Filiæ  
vota abundè implevisti. Potiorem  
sanctimoniarum partem, quam animi tui  
demissio studiosè occultaverat, mors  
detexit: inventis ad nudum corpus a-  
cribus ex

264 ANNI CISTERCIENS.

cribus ex ferro instrumentis, quibus te  
sine remissione afflixeras. Unica post  
*lapsum spes superest penitentia*: quam fa-  
citis modò dum corpus valet, iam dubia,  
si nimium differatur. Tu ex animo meo  
illud execrabile cras elimina, ut nunc a-  
gam, quod egisse me aliquando optabo.

S. BERNARDUS, s. i. de Circum. Dom.

Vere-  
cundia Quem nemo potest arguere de peccato,  
vitiosa ipse peccati remedium & verecundum  
pœni- pariter & austерum sine ulla necessi-  
tere e- tate suscepit: Nos econtrà invere-  
rubes- cendi ad obscenitatem culpæ erubescimus  
cens. agere pœnitentiam, quod extrema de-  
mentia est, male proni in vulnera; pe-  
jus in remedia verecundi.



24. Septembris. 8. Cal. Octobr.

Obiit B. MARIA Vela, Abulensis Mona-  
anno sterii Virgo illustris, verè cœli de-  
1617. licium, quam scilicet Castissimus ani-  
mæ tuæ Sponsus amplexu constringe-  
Lacta- re, & Virginum Virgo nobilissima sui  
tur à B. lactis ambrosia potare; utrique quoti-  
V. diano ferè alloquio dignabantur. Tan-  
tos favores meruit tua inter cruciatus  
invicta patientia, quos tum morbi a-  
cerbissimi, tum vietus austertas parie-  
bant. Nec